Apud Græcos caput Sponsæ hastâ gladiatoris comebatur, et crines discriminabantur; sed hasta hæc nullum debuit caput mortui tetigisse. Cujus causam dat Alex: ab Alexandro. Opinari licet quasi fortes ea de causa viros genituram se ominetur.

Inter antiquos ritus Sponsi et Sponsæ solebant coronari floribus; qui mos manavit ab Adamo, qui Evam gramine viridissimo dicitur coronasse quando eam Deus ad illum adduxit. Radau

Combinares cum hac nuptiali coronatione, quod ajt S. Chrysostomus: cujlibet viro Regnum ejus Conjunx. Et in Sacris literis vox hebræa, quæ est Uxor dicitur etiam Regina.

In Anglia Sponsa coronâ Spineâ redimiebatur, et manu aliam gerere debuit. Polydorus

Cajus Caligula Imperator coronas invenit instar Solis et Lunæ Alex: ab Alex:

Apud barbaras Gentes florentes corollas imposuisse, pacis et amicitiæ signum fuit. Polydorus

Æstas et pax in Spicarum Serto dicuntur à Poëtis, ambulare. Pierius

Victores Romani et viri fortes, ac Strenui donabantur corona. Item Nuntij victoriæ, literæ, Naves, et fasces Victoriæ lauro coronabantur Alex: ab Alex:

Coronæ Musarum è pennis nectebantur, quas Sirenum alis evulsere; quo significabatur, earum famam Orbem integrum

pervolasse. Pierius.

Romæ Triumphatori Sertum laureum fuit, dum autem curru in triumphum veheret flores p plateas spargebant, Sertum autẽ Triumphatoris Jovi ↄsecrabat Alex: ab Alex:

Item Romani quotannis puteos floribꝫ coronabant, imo et pocula inↄvivijs dicentes: hauris aquam puteum corona.

Apud Locrenses non coronabantur Virgines, nisi collectis Sua manu floribus, putabant enim aliena manu decertis coronari Servile esse. Plutar:

Symbola

Eleonoræ Imperatricis Symbolum erat corona laurea, quam Aquila tenebat cũ Lem: Imperij Spes certa futuri.

Epirotæ Regibus Suis dabant cor coronatum cum Lem: Viget et vigebit.

Idem Symbolum adhibuit Suis Nuptijs Emmanuel Sforcia.

Floribus oriente Sole Se expandentibꝫ in Salutatione Mariæ Stuarte additum Lem: Salutant venientem.

Elisabethæ ducissæ Lotharingiæ Symbolum erat flos inter nives ac pruinas cum Lem: non deflorescit amori.

Floribus pulchre in Serto dispositis, et vinctis quispiam adscripsit: dant vincla decorem.

Mauritius Cæsar magno Sumptu excitans Palatiũ Constantinopoli reperit in fundamentis imaginem, in qua erat corona varijs constans floribus, in cujus medio Lemma aureis scriptum literis: Gloria nostra, benedictio DEI.

PARS SECUNDA

De Sanctiore Hymenæo. Seu desponsationis Virginum cum Sponso Christo instruens Oratorios applausq.

In triplici occasione adhiberi Orationes penes ingressum in Religionem Virginum. 1mo penes detonsionem crinis, quæ aliquando solet esse eadem cum redditoria Virginis ad Claustrū. 2do Solennis penes redditionem Virginis, Abbatissæ et Religioni ad Claustrum. 3tio penes redditionem Cerei in manus Virginis. de tribus his sigillatim.

§ 1mus

De Orationibus dici solitis penes crinis detonsionem

Solent hæ perorari ad Abbatissam, aut Priorissam, loci nomine Parentum, aut Consanguineorum reddentium Filiam, aut Sororem ad tonsuram, et simul Religionem. Modus elegantissimus harum formandarum est per solas acutas combinationes Circumstantiarum crinis, tonsionis, cum DEI obsequio, Mundi contemptu, animi excelsa generositate. Et hic modus requirit reflexionem seriam supra omnes proprietates capillorum, supra diverbia de pilis formata, Eruditiones, fragmenta etc. 2dus Modus ē formare ppriā aliquā Universalem competentem exprimendo, aut Mundi ɔtemptui, aut excelso animo, aut DEI amori, circumstantia aliqua, aut diverbio capillorum, eamq postea applicare Virgini tondendæ, cum ejus laudibus extollendo ɔsertim animosum Mundi ɔtemptū, non obliviscendo et Stemma quod bene possit his punctis ɔformari. 3tius Modus communis omnibq Ornibq ꝑ Prothasim et Apodosim, ritu tonsionis à principio adducto aut aliqua de capillis eruditione, aut =

Stemma v fragmento, tum facta applicatione ad tonsionem, certim applaudere laudabili resolutioni Virginis & Accipe Praxes, in quib. hi eluceant.

Praxis ad Imum Modum

Otoses Swiecie nie wygrat zachodząc w u-tarczkę z Jmscią MMPanną. Gotowates zło-te dzirydy, perłowe groty, dyamentowe poci-ski na zwyciężenie odwarnego Serca, na pod-bicie nieustraszoney mysli, lecz przegrawasz, osnowę zwycięstwa twego przecinaią, ktore się funduie na włosku. Zwyczayna tobie ystrzyc y golic, byles mogł kogo oszukac, Prowadząc zawsze hołduiących tobie iak po brzytwach. Postrzegła to przezornosc JmcMWMPanny, y na zakonne włos własny daie postrzyży-ny, by na twoie nie przyszła brzytwy. Iuz się słusznie nieprzełamanego obawiac masz umystu; ieżeli tam Rzymskie Heroiny z ostrzy-zonych, cięciwy do łukow przeciwko Nieprzyia-

PRAXIS 3tij Modi

Sławney po całey Grecyi y Swiecie całym nie ganię Spartanczykow Ceremonij, u ktorych to wzwyczay poszło, że przed oddaniem Oblubienicy Oblubiencowi nadobny iey ostrzygano warkocz. Podobno dla tego: aby obojętnych przeszłych affe-ktow w głowie y pamięci y na włos się nie zo-stało. Chwalebnieyszym dzis obyczaiem, świą-tobliwszą ceremonią JmcMMPanna idąc w wieczne zaslubiny z Niebieskim Oblubiencem własne przy zakonnych postrzyżynach skła-da włosy, affekty do Swiata nie w mysli y na włos nie zostawuiąc. Iuz nie iednym według Salamona włosem, ale całemi warkoczami z gorącey miłosci, ktoremi Chrystusa rani serce. Pozbywa przyrodzonych głowy ozdob, pod wieczną nieoszacowaną gotuiąc ią Nie-ba koronę. Jakoz bez szczegulney bydz nie może rekompensy takowa ochota. Jezeli tam

złote Swoiey Poppei włosy Rzymski Cesarz Ne-
ro w złoto oprawne Junonie Bogini ofiaro-
wał, Pewniey te Krol Krolow Chrystus złotey
przyozdobione szacunkiem miłosci Przenay-
swiętszey za szczegulny upominek odda Troycy.

Quos crines cernis pretiosa monilia fient
Et fient torques credis quos esse capillos.

ℰ Addo nunc Supellectilem Oratoriam his
orationibus inservituram de crinibus et tonsione.

Apud Sparthanos Sponsa abscissis capillis 1.
ad Sponsum ducebatur. Radau

Teutorium ritu Sponsus Sponsæ, et Sponsa 2
Sponso capillos abscindebat, quod simul atque
uterque concessu mutuo fecissent pro Sponsis
habebantur. Guerarra in Horol:

Si nimium crinem diligo, crimen amo. P. Labe anagramatice

Erat Romæ in maxima celebritate Lotos ca- 3.
pillata, cuj Vestalium Virginum Capilli cæ-
si deferebantur. Et in Græcia erat Apollo
Crinitus dictus, quod illi primitiæ Comatum

puberum

puberum Adolescentum offerebant. Pierius in hieroglif.

4. Apud Polonos Piasti tempore, mos erat, 7mo
Annio absoluto pueris comam scidere teste
Cromero. Quin Proceres et Principes depo-
sitis liberorum comis teste Stan: Lubinski
in vitis Episcopi Plocensis in perpetui obse-
quij et piæ Servitutis Signum Summo Pon-
tifici mittebatur.

5 Gregorius Magnus per crines intelligit ex-
ternas temporales sollicitudines et curas. Pierius

6. Rasio apud Græcos et Latinos capitis Ser-
vitutis Signum erat. Coma autem Libertatis
et Nobilitatis. Hinc admiratus est Pisthoterus
Poetam quendam comatum esse, qui se Servum
Musarum dixerat. Pierius

7. Onirocrytæ frontem capillis glabram indi-
cium autumabant, liberationis à molestijs et
impedimentis. Pierius

8. Lacedæmonij crines abscindebant, ut longe
tutiores in Prælio essent, adimereturque hosti facul-
tas, in pugna capillum apprehendendi. Idem

Comatum puerum Græci pbri causa dicebant. Idem 9.
Dianæ ab Antiquis tonsæ comæ inprimis 10.
offerebantur, et quot annis celebrabant festum
Primitiarũ, comæ tonsæ dictum Plutarch:
Nero adeo delectabat flavis Poppiæ crinibq, 11.
ut eos ipse pecteret aureo pectine, et singu=
lis diebus numeraret, excidentes auro cingeret,
Junoniq Deæ offeret. Engelgraphe.
Comæ cæsæ ad normam et regulam circu= 12.
larem Chirurgicam adscripsit quidam: bene
cæsa decorat.
Laqueis e crinibus fabricatis datum Lem= 13
a. tenui magna pericla time.
Annulo è scissis crinibus fabricato data Epi= 14
graphe: Secti formosius ornant.
Romanæ olim Mulieres adversus hostem 16
Patriæ ex secta coma nervos ad balistas
sficiebant, alia materia deficiente. In Histo=
ria Romana
Cum S. Agnetem denudari jussisset
Sponte et illico pgnatis capillis obvelata fuit
de quo Sau=

de quo Sautel.
Ecce novus crescente coma te velat amictus,
Illam nescieras tam prope Diva togam.
De eodem eventu sic agit Idem:
Quæ coma captandis porgebat amantibq olim,
Spicula tum pdas illaq arat amor.
Hoc modo virgineum utat honesta pudorem.
Atq ita sit clypeus, qui prius ensis erat.
In anno Sacro.
Apud Indos probrosissimum erat à Re=
ge tonderi. Massenius. Tu diceres gloriosum
nunc à Regali Saserdotio &. Ubi simul ad=
verte poni alias historias, quasi magis ser=
lituras vituperio psentis materiæ, quam
laudi, sed amplificandas fore p oppositum
uti habes in hac Historia.
Detonsos B. Eligio crines cum pia Ma=
trona in arca sdidisset miram lucem
circum eos fulgere vidit, et suavem au=
dijt melodiam. Bagatta in admiranda Orbis Xtiani
Historia

Capilli 3. S. Symphoriani in argentea capsula reconditi absumpta flammis Ecclesia, illi incolumes in medijs ignibus permansere. S. Anton.
Capillus S. Cuthberti Episcopi ad demonstrandam ejus virtutem in prunis ardentibus nequaquam consumi potuit; Sed candescere, ac veluti aurum in igne rutilare videbatur. Bellandus.
Capilli S. Mechtildis in Bavaria certum remedium asservantur adversus grandines et tonitrua, Si in aere ostendantur prædicti capilli illis illico quiescentibus. Engerchaldus in vita

§ 2dus
De redditorijs Virginis Abbatissæ vel Priorissæ et Clausuræ Religiosæ

Solent hæ formari aut per allocutionem Virginis ipsius, quæ traditur, et postea per conversionem Sermonis ad Abbatissam. Aut etiam à principio statim per allocutionem ipsius Abbatissæ. Ducuntur autem à laude

Religionis

Religionis, et felicitate ejus, quod jam Statum hunc adepta fuerit, idque fieri potest sub allegoria victoriæ, aut triumphi post edomitum Orbem. Item potius post calcatos Oceani Mundani fluctus, Item mortis, quâ Mundo desinit jam vivere, aut alicujus alterius Servientis majori combinationi Stigmatis cum vita Religiosa, et Religionis insignibus addunt egregiæ laudes, ipsius præsertim excelsus animus in contemnendo Orbe, tum etiam totius Familiæ elogia innui possunt, ejusque felicitas, ex hac Virgine emanatura, quæ etiam in umbris Religionis fulgebit in splendorem Nominis, tum fit commendatio Priorissæ, aut Abbatissæ, appromissio benedictionis Divinæ, apprecatio optimi Successus, favorum Divinorum optimorum, tum parentibus gratiarum actio pro educatione, gratijs præstitis cum cum pollicitatione memoris animi ad Aras coram Supremo Numine.

Haec puncta praedictarum Orationum exornantur et acuuntur vel per combinationem temporis, Nominis Stemmatum, Domûs cum insignibus Religionis aut per eruditiones, Historias, felicitatem Religionis, et Religiosae vestis, et vocationis extollentes, aut per allegorias, et Similitudines, uti Superiùs innui. Habenda autem est notitia insignium Singularium Religionum, aut celebrium aliquorum illius instituti decorum. Uti Monialium S. Francisci Sunt 2. manus, item clara in Nomine et meritis Fundatrix, item Stigmata S. Patris à Seraphino impressa, item Cingulum S. Francisci, Monialium S. Benedicti, Fundatrix Scholastica cujus anima in Specie Columbae ad Caelos emigravit. Item Spinae S. Benedicti Sunt celebres, è quibus sanguine ejus tinctis Rosae effloruerunt. Adversio etiam fieri potest Supra ipsummet Nomen Benedicti. Item quod penes illius festum ver incipiat. Teresinarum hasta, qua cor

qua cor S. Teresiae Seraphinus vulneravit. Unde dicitur Ordo Seraphicus. Item patrocinium S. Josephi Singulare, Item quod moriens animam in Specie columbae Caelis transmiserit. Dominicanorum fax S. Dominici. Item Nomen ejusdem non vile quod significans et Norbertanorum vestis S. Norberto à Beatissima è Caelis collata. Item quod locus ejus Religionis fuerit è Caelo praemonstratus, Unde Praemonstratenses dicuntur. Nunc reliquam huc spectantem addo supellectilem.

Sententiae et Fragmenta.

1. Claustralis Paradysus ad suavem spirans Austri clementiam, quasi tot floribus vernat, quot virtutibus abundat S. Bernar.
2. Juxta Sententiam cordis mei si Paradysus in hac vita praesenti est, vel in Claustro, vel in

Scholis est. S. Chrysos:

Super Altitudines terræ sustolitq quæ glori- 3.
osa p̄sentis Sæculi p̄ mentis despectu calcat. Greg:

Qui terrena ↄtempsimq necesse est, ut fla- 4
grante desiderio cælestia requiramus. S. Bernar:

Contemne divitias et eris locuples, conte- 5.
mne gloriam et eris gloriosus. S. Chryso:

Vis ergo habere omnia ↄtemne omnia. Senec: 6

Insuperabili loco stat animus, qui exter- 7
na deseruit, Inexpugnabilis est, quem mul-
tis machinis lacessitum fortuna non trans-
fixit, nunquam major ē, quam ubi aliena
disposuit, & fecit sibi pacem, nihil timen-
do divitias, nihil ↄcupiscendo. Idem

Fabriciq Pyrri Regis aurum pepulit, majusq 8.
Regno judicavit regias opes posse ↄtemnere.
Idem lib: 3. de benefi.

Toties Reipb: navis fluctuat, quoties Sa- 9
cra Religionis Anchora mota ē. Strada

Deo parere libertas est. Seneca. 10.

11. Plus apud

11. Plus apud bonos pietatis jura, quam omnes
opes valent. Justi:

12. Publica Religione ↄsecrata virtus, nulla priva-
ta laudatione indiget. Valer: Max:

13. Mentis pudicæ candor, et indoles formata
faustis sub penetralibus, vulnusq Divinæ
Parentis fixa jocant momenta terris. Varl:

14. Non potuit melius totum sibi subdere Mun-
dum, quam totũ pedibus Subiciendo suis
Pa: Labbe de Caro: 5 Im:

15. Devotis Religiosis Sic idem. Idem
Paupertas aurũ thus lilia casta figurant.
Votum parendi myrcha fuisse potest.
Paupertate quid ē toto pretiosius Orbe
Quam nisi divendas omnia nullq emes. Idem

16. Te Spretæ celebrant, et comitantq opes. Heinciq.
Regem habeant alij, plus ē regnare sub illo
Sub quo libertas omnibus æqua datq. Idem
Tu Cæli in terris incola semper eris. Idem
Affixiq sibi nec opis mortalis egentes,

Fortunam adversus ppria virtute tegunt. Burgund.
Fallaces curas humanaq vota perosus
Tunc quoq magnus eras.
Solis sceptra gerunt quibq ē subjecta cupido
Atq animo posuêre modum nil juris in illo
Casus habet nihil ipsa manq violenta Tyranni
Suntq sibi toti Regnum. Idem

Symbola

Soli p eclipsim in una Regione obscurato 1.
adscriptum: Et latet et lucet.
Lunæ pariter datum Lem: Qua latet effulget 2.
Altera nimirum globi parte quod sic ex:
plicatq: Dum minq elucet magis æthere Cynthia lucet
Sic maq dum latitat casta puella tenet.
Gemmæ è mari et concha Matre exstractæ 3.
auro insertæ adscriptum: Deseruisse
juvat Matrem
Columbæ coram accipitre in templum fugi= 4.
enti datū Lem: Hic Securus ab hoste
Mustelæ adscriptum: Candore pfero vitæ 5

Mavult

Mavult enim mori, quam luto candorem
inquinare.
Lunæ juxta oculū, se à terra supra ele=
vanti Lem: Plena polo relinquunt terrena.
7. Malo Punicæ adscripta epigraphe: Meli=
us maturesco sub umbra.
8. Viti alligatæ ut magis fructificet appo=
situm Lem: Crescit p vincula virtus, et
vincta feratior.
9. Iridi datum: Sub tecto splendens, sub
Sole obducitur umbris
10. Gemmæ ex concha exemptæ: Clarior ē
a Matre recedens et pretium de matre
relicta
11. Auro in igne purgato: Dum spolior polior
12. Navi: Nec terram attingens graditur secu=
re per undas.
13. Sceptro tractato pro voluntate imperan=
tis data Epigraphe: dum servio regno
14 Trocho funiculo suo illigato quispiam

adscripsit: vincior ut vincam.
Aquilæ ad capiendas aves lorinis catenu-lis in pedibus adstrictæ adscriptum: Securè vinco ligata. v vinco revincta.

Eruditio

Vestales apud Romanos erant Virgines dicatæ sacrificijs Deæ Vestæ et igni perpetuo alendo, qui dicebaн custos. Imperij flamma tantus honor illis erat ut obvijs in documentum cultg Consules fasces suos submitterent. Vestali quoq Triumphator quidam curru triumphali vecty, et casu obvius, debuit via cedere.. Accesuræ Altare in capite habebant corda, e quibus gmicabat ignis odorem suspirans. Ex Roscio et Historia Roma:

Ad combinationē Sciendum illud, quod de DEO dicit in Scriptura: DEUS noster ignis ɔsumens est. Posset idem combinari cu Stemmate Plomienczyk.

De Carolo 5.

De Carolo 5. Imperatore scriptum ē, Carolus major in eremo, quam in Imperio.

Joanna Austreberta ɔtemplans aliquando vultum suum in ellucido fonte ɔspexit se in religioso Virginum habitu quamvis adhuc Sæcularis esset, quò promota ivit ad religionem. Idem combinares cum Stemmate fluvij.

Daphne ut servaret castitatem, ipsum fugiebat Apollinum ideo mutata fuit in laurū. Cuj Ovi: accinit. Tu quoq ppetuos semper gere Frondis honores. Et Hora: de eadem ajt. Cuj laurus æternos honores virgineo peperit triumpho. Combinares cum Stem: Arboris.

Franca Virgo Placentiā dum sacrum velamen ab Abbatissa accepisset, id visibiliter ab ejus capite sublatum fuit, et alio cælitus demisso vellata stetit. Astulphius.

Wielmożny Panie Panie Dobrodzieju
Łaskawy i Dobliwy Dobrodzieiowiey



Joannæ Claræ Indæ Xtus dedit vestem gemmis insertam, illamq eâ induit. Bagatta.
S. Franciscus de Paula Religioso pallio pro Navigio usus aquas superavit uti et noster Polony. S. Hiacinthus vitæ San.
Ad Xtum 3 SS. Monarchas Stella deduxit, Combinares cum Stem: Stellarum.
S. Severinus Abbas injecta super ægrotantis Clodovei Regis Galliæ Religiosa veste, illico incolumem à letali morbo stetit. Barzig
S. Albertus Monachus, Aquilæ cucullum sibi offerentis specie excitatus ad monasticam vitam se vocari intellexit. Bagatta. Combinares cum Stemmate Aquilæ.
Clericum quendam Everardinum S. Bernardus jactuale, cum ad vota ej cecidisset, ad vitam Religiosam vertit et deduxit. Cæsarius Combinares Cum Stem: tab: lusoriæ.

Guerrico

Guerrico Abbati Monacho oranti in choro Angeli vestem candidam et splendidissimam attulerunt. Henriquy.
Beato Reginaldo ordinis S. Dominici apparens Beatissima habitum Dominicanorum descripsit et dedit, qui hucusq servat ab ijsdem. Vincentiy Bandellus.
Beato Alberico horas in choro cum Fratribg canenti Bma cucullã candidã obtulit quo enim tempore cucullæ reliquorum horum Fratrum è nigris albæ factæ sunt. Henriquez.
Corona erat Vestalium insigne seu vitta, qua redimiebantur perpetuam castitatem Deo voventes. Brisius Combinares cum Stem: Coronarum Additq has coronas pudoris fuisse et Virginitatis insigne juxta pudoris Virgilium. Vittæ

tenues insigne pudoris.
Apud Rnos erat Vestis Nomine plaga qua pcipuè Vestales utebantur. Baifius
Vacare ad pileum idem erat quod donare libertate. Suetonius
Apud Romanos in tegumentis Capitum et vestibus clavi aurei efformabantur vocabanturque vestes Clavatae. Baifius. Applicares votis Religiosis, quae dicuntur clavi.

Data Supellectili praxes pono. & 1mo universalem omnibus Religionibus à circumstantijs communibus

Prima communis

Dotądes obtudny Swiecie fatuis ignibus niewinne ludził oczy, dotądes wspaniałe w nieszczerym Sercu tuczył o JMści MM Panie nadzieie, dziś z swiatełkami

twoiemi

twoiemi przy zakonnych gasniesz umbrach. Desperowac musisz gdy szczęsliwsza Paula, fortunnieysza Franciszka na bonae Spei stawa Promontorium.
Stawasz MSćia Panno przy tylu heroicznych z Swiatem utarczkach w tryumfalney branie, gdy w Zakonney forcie niezwiędła cnota niesmiertelnym ci zasłużone skronie wienczy laurem, a Swiętsza Sława tryumfalne Imię po Niebieskich głosi horyzontach. Rzuceni w pęta zdobili Tryumfatorow Rzymskich assystencyą, twoię godniey porzucone honory, wzgardzone bogactwa, zdeptane dostatki, Sławią komitywę. Te spretae celebrant et comitantur opes. Idą wespoł y rodowite Zacnych Antenatow, iasney Parentelij zkoligowanych zasłużonych Domow

Imiona, z tym większym applauzem, że nie niewolniczemi kaydanami, ale scisłey miłosci życzliwemi skrępowane pętami, z tym tedy tryumfem za Swoią Zakonną idącą fortę przyimuy Przewielebna w Chrystusie Mcia Panno Xięni, w ktorey nabożeństwem Eufrazyą, Skromnoscią Mechtyldę, umysłu swiętą wspaniałoscią uznawać y kochać masz Marcellę. Wam zaś Wielmożne Rodzicielstwo nie żal iaki z iey heroiczney odwagi, ale pociech z tak szczęsliwego nad Swiatem zwycięstwa y tryumfu ma się w życzliwych wzniecać Sercach. Nie rozumieycie WWMPanstwo iakobyscie szkodzie iakiey podpadać mieli, iakoby się splendor Oycżystego domu cmic miał zakonnemi umbrami, by naymniey tu o Imci WMciPannie prawdziwiey powie=

dziec

dziec, co tam Miesiącowi lubo iedną przymionemu Stroną, drugą iednak doskonale iasniciącemu przypisano: Et latet et lucet. Co pięknie wytłomaczył Poeta Dum minus elucet. I Karol lubo Cesarz nie stracił sławy porzuciwszy całego Swiata rządy, y Splendory. Carolus major in eremo, quam in Imperio. Będzie y tam rasniec na ozdobę y Sławę rodowitego domu, a na zawdzięczenie Rodzicielskiego pieczołowania nieustannie przed Maiestatem Boskim gorącym Sercem supplikować y wszelakie pomyslne sukcessy na Imię y godne WMPanstwa y dobrodzieystwa zasługi sprowadzać.

2dæ particularis accipe impetum, Nimirum ingrediente Virgine de Stem=

Poray Ordinem S. Benedicti.

Jakoż Benedykta myta nie zwabi wiosna, kogo nierachęci wdzięczny życia tego a niezwiędły kwiecień, ktorey nie pociągnie duszy w gołębicy ku Niebu wylatuiąca Scholastika krwią S. Benedykta zafarbowane ciernia w roże się zamieniaią, ktorzy heroicznym krokiem y wspanialszym nad Rzymskie Vestales animuszem po Swiecie depcą: quidquid calcaveris rosa fiet. Ale osobliwiey tego winszowac szczęscia JMM Pannie ktora y herbownego Poraiu rożą Swiątobliwą depcąc odwagą prawdzi że quidquid calcat rosa est. Niewspominam Rzymskich Tryumfatorow Ceremoniy że im na Capitolium wiezdzaiącym wonnym

drogę

drogę usciełano kwieciem. JMM Panna stuszniey po zwyciężonym tryumfuiąc Swiecie zdeptaną rożą do kwitnącey w Benedykta kwaterach sciele sobie gosciniec cnoty.

3tia particularis impetus in ingressum Monialium S. Claræ.

Chocby kto dyamentowemi miał Serce do Swiata przykute kaydanami, odniego ie Serafiiczne Franciszka oderwą rące, Chocby komu Kresusowe bogactwa, Midasowe dostatki Swiat ofiarował, łatwo ie porzuci, kogo na herbowną Franciszka bierze Zakon porękę. Nayszczęsliwiey z burzliwego Swiata Oceanu na ten brzeg wysiesc, z ktorego własną Franciszek niebespiecznym podaie rękę. Do-

rosnie ten Nieba y szczęśliwey wieczności korony, do ktorego zdobiące w herbie zakonnym S. Klarę pielęgnuią ręce. Tu szczęśliwa manudukcya, za ktorą nikt szczęśliwie porządanego nie chybi portu. Ubi advertis ex qualibet periodo posse formari unam totam Orationem. Longum esset adducere praxes et impetus cujlibet ordini, conformes, facile ad normam hanc reliqui componi possunt.

§ 3tius et ultimus
De redditorijs Cerei

In his Sumitur exordium ab applausu Virginis de Spreto Mundo, calcatis opibus de assumpto Statu Sacro sublimi, tum adduntur rationes hujus Ceremoniæ, partim ingeniosæ

tim ingeniosæ, partim morales præsertim si a maturo dicatur oratio. Tales rationes sunt ut Mundo se morientem sciat, aut quasi rursum baptizandam, aut quod jam fiat res Sacra pignus Sanctum divinum, coram quo necesse sit gestari faces, aut quod jam desponsetur Xto. Postea fiunt apprecationes faustorum Successuum in vita Religiosa. Optime autem hæc puncta exprimuntur per combinationem acutam et circumstantiam candelarum ignis eorum usus. Potest etiam talis oratio, sicut et superiores formari per Prothasim et Apodosin addicto ritu aliquo in accendendis facibus aut conferendis. Item Symbolo aliquo, in quem usum adduco partim Symbola, partim Eruditiones.

Symbola

Haec è Mundo Symbolico habere possumus inter quae Specialia sunt Sequentia

1. Candelae ardenti inscriptū lem: accensa micabit. Combinares cum ardore amoris Divini et fervore in ejus obsequijs.

2. Eidem Symbolo lemn̄ ē tale. à Calore candor, ubi facilis est amplificandi materia.

3. Itidem accensa fax cū lem: Altior q̄ò splendidior.

4. Eidem candelae inscri: deficiam antequam extinguam. Combinares cū pseverantia in Religione.

5. Fax accensa cū lem: deficit ut psit. Seu alijs inserviendo ɔsumor. Seu alijs lucens uror.

6. Eidem faci datū lem: geminus me ɔspicit ardor. idest patrij Splendoris et Divini amoris.

7. Itidem Candela cū lem: cum splendet o͞nia splendent. Combinares cum decore Familiae emanaturae ex ejus vita Religiosa.

8. Item candela cum lem: festina extinctos reddere luci. idest juvare Parentes.

9. Eadem Can: cum lem: inopem me copia fecit. idemq̄: Virtute dives fuerat, pauper est fortunis.

10. Faci in lucerna inscri: lem: Sub tegmine tuta. ubi alludi p̄t ad Securitatē Salutis in claustro.

11. Candelae inclinatae magis ardenti datur lem: Vires inclinata resumo. ubi Religiosa humilitas majorem habere splendorē asseritur.

12. Manui emungenti candelam inscriptum: Si nimis emundas extinguar. Unde fieret descensus ad Abbatissam ut leniter tractet Neoreligiosam, v ad

ipsam Neo: ut in virtutis fervore discretionem adhibeat.

13. Aræstus faci lucendo se osumentim: scripsit: non quærit quæ sua sunt. ubi alludi posset ad vitam communem.

14. Candelæ ppter combusti lechni abundantiam minus lucenti inscri: lem: de me nitebit. Combinares id cũ abjectione opum ppter majorem animæ fulgorem.

15. Faci manibus agitatæ et magis accensæ additum Lem: Agitata nicabit. Ubi alludit ad labores Religiosos splendorẽ animæ adferentes.

16. Ruerus Urbini Dux habuit p Symbolo candelam accensam alias accendentem cum lem: Non degener addam. ubi alludi posset ad vitam exemplarem.

Eruditio

Eruditio

Fax ante Principem accensa significabat antiquis (lucere illum debere cæteris exemplo et vita. Massenius

Hecuba pgnans Trojanorum Regina facem parere sibi visa ē, Unde medius Orbis, Europa scilicet et Asia flamãs sciperet, peritq Paridem Patriæ exitialem. Sabellus

Diogenes claro medioq die cum accensa lucerna Urbem circumiens interroganti quid faceret resp: hominem quæro. Laertiy

Cladem Rrum ad Periesium renuntiarunt faces ardentes cælo delapsæ. Combinares id cũ clade Orbis.

Normanno Bratantino Cereg ab ipsa Dei para donatus ardenti igni extinguendo pptissimum erat, et singulare remedium, qui licet si semper ardebat nunquam minuebatur. Torreolus.

Nobilis Brito tempestatem nocte quadam
horridè sævientem accenso Cereo benedicto à
San: Francisco de Paula illico quiescere
fecit; quod et alijs candelis ab eodem S. ꝯse-
cratis evenire Scribit Bagatta. Optimè id
serviret Orationi ingressu Ordinis S. Franci:

PRAXIS

Mozesz słusznie po zwyciężonym tryum-
fowac Swiecie, gdy ci y Niebo y S. Franciszka
Zakon w tey ktorą niesiez Swiecy tryumfalne za-
pala ognie NN. P. X Panno. Mozesz przy niey
znikome pozory ziemskie podac na umbry, y
wszelką nikczemną proznosc daleko zamyśl y
odwazne Serca wyswiecic. Nie zbłądzisz z
utorowaney do Nieba drogi, gdy ci to Swięte
przyswiecca Swiatło. Pewniey niz baieczny
Herkules piekelną na głowę zetrzesz hidrę,
tą iey dobrze

tą iey dobrze między oczema zaswieci-
wszy pochodnią. Przy tey ogniu wdzięcznicy
na miłą Bogu poyedziesz ofiarę, y tak lu-
bo iasne bardziey iescze obiasnisz domy,
nie inaczey tylko iako owey przypisano
swiecy: cum Splendet et omnia Splendet.
I ty Przew. W. Xsie MPanno Sama przed
Bogiem iasnieiąc całą obiasniasz Fa-
milią, a przy zakonney chwalebnie Swia-
tu obumieraiąc gromnicy feralne od
Przeswietnego Imiena odpędzisz um-
bry. W Zakonnym zas zyciu twoimy
drugich gorącym przykładem lepiey
nizeli pochodnią zapalac będziesz. I
siebie Samą niemniey Swiętemi, ia-
ko tez y Swietnemi obiasnia promie-
niami. Przydawszy z Polskim Poetą ap-

prekacyą:
Niech daleko Smiertelne cienie się miiaią
Ktorą Swięte Zakonu ognie otaczaią.

Supplementum funebre
Suggerens Orationes Funebres

In his potissimum exprimi Solet dolor Patriæ, Amicorum, populorum ex obitu hujus tanti ac tanti Viri, tum attingunt, ac enumerant gravi Stylo laudes defuncti, tandem descendit ad Superstites consanguineos eorumq Solatia spondendo tum Patriæ, tum populis quod Deo vivet, qui vixit mundo, Vivet Patriæ in consanguineis, qui vivere desijt in Se ipso. Oportuna huic materiæ ē eruditionum notitia, quam proinde Sequentibg instruo exemplis.

Praxillus

1. Praxillus Philosophus lætabat moribundus quod à dignis Viris plorarez, et qd 60. annis Patriæ Servivisset.
2. Alexander Macedo moriturg maximo Amicorum Perdicæ annulum dedit.
3. Quidam quæsitg quid mallet an esse Se Cresum divitem an Socrate Sapientem R. in vita Cresum in morte Socratem
4. Quidam Philosophus interrogatus quid esset mors? R. ē bonum somnium.
5. Epaminondas mortem virorū fortium otium dixit.
6. Severus Imperator ad Suum loculum ajebat: tu o locule Virum capies quem non capit Orbis
7. Zeno Apollinis Oraculum interrogavit quomodo bene vivere posset responsum tulit: mortuos consule, et ab ijs quid faciendum disce.

Wielmożny Mości Kochany Przyjacielu
Wpraszam waspana Dobrodzieja aby

8. Habathæi Reges ante pectus loco Signaculi, imaginem mortis gestabant.

9. Reinerus Epaminondas Dux Thebanorū dum interrogaret quid p laborum pmio vellet R: memoriam mei. adjecitq jam jam moriens: Nunc vivere incipit Epaminondas quia Sic morit.

10. Ferdinandg Rex Castellæ jam jam moriturg ad templum ɔcessit usq purpuram Sceptrū, Coronam, torquemq, annulum deposuit addens: domine Regnum quod à Te accepi tibi restituo.

11. Diogenes Cynicus curiosg ossa mortuorū plustrans interrogatg ab Alexandro M: quare id faceret R: Patris tui Calvariā quæro, nec ab alijs discernere possum.

12. Persæ in tumbis defunctorum sculpebāt Solem cum lemmate: orietur.

13. Egiptij

13. Egiptij verò in tumulis pingebant Phænicem cum lem: evolabit.

14. Athenienses in defunctorū sacrophagis pin: Cytras.

15. Alexander Macedo cum ploraret ab amicis quod Juvenis moreret dixit: Vixi Satis, qa non Annos Sed triumphos numero. In ejusdem Alexandri tumulo Asia et Africa ferro Subjugata pingebat.

16. Spartani mortis templum ex candido marmore ɔstruxerunt.

17. Thesalia cum adesse non potuit funeri Matris Suæ misit Spongiam lacrymis plenam. Appianus.

Olim Imperatoribus coronandis ponebant ante oculos lapides Alabastri Jaspidis et Porphyri dicebatq elige Augustissime Cæsar ex quo tumulum tibi fabricari jubes.

Nauka moralna naklase pierwszą

Palatæ ad Suos mortuos literas scribebant, quæ simul cũ cadaveribꝰ comburebant.

Lacedemonij defunctorũ heroũ effigies ære et marmore sculptas in Senatu asservabãt.

Gens quædam loco auri ossa mortuorũ habet.

Romani morientes Spiritum apposito ad os ore in se attrahebant.

Philippus Macedo moriens dixit non morior quia Alexandrum in quo vivam relinquo.

Eduardus quoq; 3tius Rex Angliæ moribundus filios intuitus dixit: hæc Sunt mea palatia in quibus vivam.

Artemisia Cariæ Regina cineres defuncti Mariti Mausoli Regis vino immiscens ebibit.

Protesilao Sub Troja occiso Laodæmia Uxor ejꝰ petebat à Dijs ut Saltem umbrã ejus videre possit, quod cũ impetravit cũ gaudio in amplexu umbræ expiravit.

Portio

Portio interrogata quando tandem plorare Virum desinet R: cum desinam vivere.

Cicero in funere defuncti Patris inter alia ejusdem elogia dixit:

Non tibi deformes obscuri Sanguinis ortus,
Non sine luce genus.

Huc spectat q'd ut docet Plinius de Cygno Canitꝫ Poëta: Cantator Cygnus funeris ipse Sui.

Et de Phœnice traditꝫ: quod è Superstite suo rogo Cinere renascitur.

COROLLARIUM

Suggerens oportunam Supellectili fragmentorum tum ad Stemata tum ad varias materias Copiam

Fragmenta
Ad Stemmata Polonorũ

ABDANK

Sive aliæ Stemmatum Literæ

Omnis apex ibi pondus habet. Bidermanus

Mihi litera felix. Bausius

Merito Civis sua facta recenset Syllabus. Donatus

Descripserat auro. Hanutius

Fama volat scriptis cõmissa perennius Octavius

Descripsit in omen. Hanutius

Divinæ monumenta manus Idem

Dulcibus indulget Scriptis Verpeus

Sæcula rara dederunt æqualem Scriptis ingentibus: Idem

Ambit honor clarisq notas et Nna circum. Benius

Sideris in morem ꝑfulget litera. Idem

Inscriptum referunt per Sæcula Nomen. Idem

Digna legi Cedrisq inscribi litera. Ines.

ACERVUS

Occurrent Scribiq volent quæcunq metunt. Bisserius

Res est ma:

Res et maturrima messis. Idem

Aspice quam pulchro degesta stet ordine Messis Idem

Meriti Seges aurea fructus honoris. Balduing

Seges aurea Surgit. Gallutius

Infractos messis vocat ista Colonos. Verpæus.

Fecunda laudum messis. Avantius

Sponte sua flavo seges aurea fluctuat auro. Ionius

Haurimus communia Semina Cœlo. Balde.

Plena tumet Sublimis arista. Idem

AGNUS

Tendebatq aries dux gregis ante gregem. Balde.

Victima fiet ovis. Idem

Agnus erit totum vehet in Vulnere mundu. Balleg

Inchoat æthereos aries fulgentior ignes. Balduing.

Vellere candet ovis. Bidermanus

Totum ꝯspicuo dimanat lumen ab Agno. Idem

Candidus è Cœlis ꝓdit penetralibus Agnus. Idem

Nullis pervium Ovile lupis. Hanutius.

Aries inpulsus in Astra. Gallutiq
Surgit Ovis quondam fluvio Submersa Salubri. Pulcharelli
Agnorumq Oviumq greges ducemus in Aras. Idem
Debitus agnis hinc quoq Sanguis erat. Bentij.
Pretiosi velleris agnus Balde
Agno grex omnis in uno Ines
Nivei vestigia presserat Agni. Idem

In ALÆ

In Cælum niveis Se sustulit alis Labbe
In numeris vestræ radiant ornatibus alæ Sautel
Ipsam adeo Spretis actam taumantida cæ-
lis. Istas in pennas deselisse putes Idem
Nixus pernicibus alis sublimis vehit Donatj
Effusis Mundum perlabere pennis. Hanutij
Pernicibq alis æthereas animq jam penetrabit in arces. Verpæy
Ibat Sublimis pictis pulcherrimis alis. Balluij
Auspicio favet ille nitor favet ille volatq. Pulchar.
Plausuq

Plausuq repercutit alas. Ioninus
Antevolant Zephiros alæ parthasq Sagittas. Idem
Desuper auratis volitat Victoria pennis. Hanutij
Festaq propetibus agitantia gaudia pennis. Bentij
Aurata vincit qui Sidera penna. Ioning
Penna meliore Hotos et flumina vincit. Idem

In ANCHORÆ

Nostræ certa Spei dieceris anchora. Ines.
Fatigat gravis anchora dextras. Hanutig.
Hæc unica Nautis anchora desperata Sa-
lus nisi nubila vincant. Idem.
Fundat gravis Anchora puppes. Gallutij
Jacta rate Si sit fixo gravis anchora morsu. Pulcharell:
Spem cunctis anchora firmat. Ioninus

In ANNULUS

Annulq exiguq molle Sed arte gravis. Bidermang
Dignandum pollice Regis omis. Idem.

Pyrrhus eritreo quoties digitum induit au-
ro, Vidit in aspecta totum Helicona manu. Idem.
Annulg auro fulgidg et magni radijs splendentibg astri. Hanutig
Rutilo cuj Regis annulg auro accendit gemag manu. Idem
Stat pendulus auro annulus. Idem
Gemma micat, quam circulus aureus ambit. Gallutig
Ipsa annulo hoc tibi nubit immortalitas.

V AQUILA

Victrices alas uni Submisit Olymps. Barleg
Regnatrices Aquilæ Dominæq volucres Donatg
Aquila Imperij venerandu insigne latini. Idem
Ungue ferox rostroq minax. Bahusig
Clangore alis atq unguibus instat, defen-
ditq suos multo cum Sanguine nidos. Donatg
Hæc Regibus ales psidet. Bahusig
Alias vincit volucres pernicibus alis. Donatg

V ARBORE

Nemorum frondosa voluptas. Bisserig

Arbor

Arbor immensos ramors fusa corimbos. Idem
Quot folijs tot linguis acta Sonabat. Idem
Arbore quid majus. Baldving
Augusta eximium geng arbore ducis ævu. Idem
Stipite multiplices rami fundunt ab uno. Sautell:
Micat Arboribus pendula gaza Suis. Idem.
Seq Sacris nasci miratq frondibg arbor. Donatus
Sublimes effundit in aera frondes. Idem
Rutilantibg auro ardescunt radijs frondes. Hanutig
Felix se floribus arbos induit virides
effert jam turgida fætg Idem
Excelso Surgentia brachia trunco. Verpæus
Venturis quondam factura Nepotibg umbra. Idem
Arboris umbra tegit tota quæ mente petivi. Galutig
In arbore Sortes. Idem
Cælo Comes opaca miscet arbor. Avancing
Assiduo Sic vere vire Bentig
Ad Cælum ramis altè Surgentibus exit Idem
Audax Sideribus frondes miscere. Ioning

Frondibus amplis feliciq nemq Subjectum protegit umbra. Idem

ARCUS

Hic potuit quidquid non potuere preces. Joning.
Arcus domini majoris adoro. Biderm.
Medio curvabitur arcus Olympo. Sautel.
Magno Spectabilis arcu. Hanutiq.
Mundum Suspendit ab arcu. Idem
Potens infrenduit Arcu. Pulchard.
Belli Sonos tendunt arcus. Idem
Nervos ad Sidera jactant. Idem
Tela jacent, lassiq arcq et pulchra videri arma volant. Joning.
Clava contentus et arcu. Idem

ARMA VARIA

Invictis Majestat militat armis. Garleg
Cuj armatis abijt Sub messibq ævum. Idem
Procul audiet arma Bosphorus. Idem
Semp in armis horribile vinciq grave Sensere. Idem

Armorum

Armore late terrore triumphat. Idem
Non illis victoria distat ab Armis. Joning.
Dubiæ fida arma Salutis. Donatq
Ardentes deducit in Arma Nepotes. Idem
Victricia Mundi tela gerens. Hanutiq
Viris armisq potens. Verpæus
Invictis Cælum qui texerat armis. Boridnq
Consilio insignis virtute insignis et armis. Gallutiq.
Seseq ostentat in armis nil metuens. Verpæq.
In ɔjuratos funesta in bella rebelles,
Armorum arbitrijs et Cælo judice pangis. Joning.
Ferri densa Seges. Balde
Flagrantia fervidus arma corripuit totum debellaturus Olympum. Idem

ASCIA

Dominasq augusta Secures arripit et Patrio majestas commodat Orbi. Barlæus
Non pudet armatas astrææ ferre Secures. Idem
Ignotas declinant vota Secures. Donatq
Accipiet nostras fato meliore Secures. Idem
Ausonios cæpit fasces Romaq bipenni tractavit. Gallutiq

Kto ni kocha Bliznego swego ten ni kocha Pana Boga swego samego

Ducitis æterna Patrios ab origine fasces. Pulchard.
Cadunt jam colla Securi. Balde

AVIS

Cœlestibus aurea pennis. Bisselig
Non una morat avis. Idem
Adest Sublimibus ales ab Astris. Biderm
Nempe ipsas etiam gloria tangit aves. Sautel
Evolat et Segnem despicit ales humũ Idem
Niveis victoria Constitit alis.
Cinxit et augustas auro viridante volucres. Donat
Par avis æthereis astris. Gallutig
Sed mota Sagittam fallit avis. Malapty
Rursuq polum Cantuq coronat. Pulchard
Sublimis ab alto Mater avis. Joning
Suoq Superstes Surgit avis busto. Idem

BOS

victima cornu Barl
Et Sua bellanti debebant lumina tauro Idem
Mactabatq Sacros ad Sacra altaria tauros Idem

Taurus in

Taurus in æthere fulget. Sautel.
Intento meditat p̄lia cornu. Donat
Bos mitem justumq notat. Idem
Cum Tauro gemini meruere priores. Hanutig
Primus adoravit venientem taurus. Idem
Audacesq dolet tauros occumbere campo. Gallutig
Ille Suo Numen pecori non gramina quærit. Pulchard.
Magnum qui naribus ignem Spirabat, Mugit, et excitum p̄currit et instruit agmen. Balde
Nitidos gaudent p̄ferre juvencos. Idem

CAMPUS

Est ingens non deside pulvere campus. Bisselig
Aspice quod repleant Spicarũ millia campũ. Idem
En quam cospicuo nitet omnis gramine campq. Idem
Aut igit cœlum post hac campestre vocatur.
Aut Sic cœlestis fit mihi campq ager. Idem
Revirescit gloria campi. Et tibi perpetuis

messibus albet ager. Guinisius

Jam se Majestas Regia totis explicuit campis Labbe

Campus adoratas illic abit omnis in herbas Bider.

Sedet ditissima campis fortuna. Donatus

Astra sereno lumine sidereos pingunt radiantia Campos. Hanutius

CANCER

Patrias se mergit Cancer in undas. Bisselius

Cedunt ubi sidera cancro Idem

Quis tibi nunc animi cancer quos recipis ignes. Idem

Celsi sedes flammea cancri. Hanutius

Agmina oglomerant galeasque primia Cancri

Frontibus onnixi forficibusque cient. Bisselius

CANIS

Superaque Canis regnabat in Aula. Balduinus

Milleno vigilat plus Canis unus. Balduinus

Canis arbiter equi. Idem

Agmina pars jaculo, pars cane victa cadunt. Bider

Rostra

Rostra sonora Canum. Verpaus

Grex laetare lupi trepidate Idem

Praepes in cursum Canis Avancinus

Sacras cubando duximus horas. Pulcharel.

Est mihi sola gregis custodia nulla peculi Idem

CAPER

Placantur in haedo Numina. Bisselius

Desere stellatos audax capricorne Corulos Idem

Dignior hic stellas inter habere locum Idem

Et capra Romani victima Martis erat.

Empyrei capricorne tibi debentur honores.

Illuc niteris arrecto ergo pede. Idem

CAPUT hominis

Augusto capiti pondus Caeleste corona. Hanutius

Imponet capiti Deus Auctor honorem. Idem

Vitae caput atque aevi melioris origo. Petavius

Tali de vertice robur accipies firmumque

trahes per membra vigorem. Verpaus

Superum turmis caput arduus infert. Petavius
Ambrosium caput et Stellanti tempora Crine. Gallut.
Proximum Cœlo caput. Amanii
Queis Tiaræ fronte micant celebresq mitræ. Idem
Augusto capiti laurea Idem
Adoratum populis caput. Balde
Dij tollere solum hoc voluêre caput. Ballutius
Flore coronatum pfert caput. Joning
In una cervice est numerosa phalanx. Idem
Infert Cœlestibus astris emerito bello caput. Barle
Æternumq tuo capiti meditatus honorem. Barlæ
Nunc caput Orbis erat. Calilly
Vidit adoratum gentibus esse caput Bidermann
Illi Sidereum caput et gravis ore venustas. Puchart
O caput excelsis dotate triumphis. Idem
Parce oculis tuum dulce caput subducere nostris. Idem
Aurea victrici levavit pectora fronte.

CAPUT
Asini

Et fama

Et fama vincit asellus equos. Baluzius
Cuj caput est asini pfixum vine floret. Idem
Alcidam exuvias victi vestire Leonis
Cernimus et Lybicum tergore ferre jubar
Te quoque nobilitat victæ ruditatis imago
Hinc Asini caput in Stemmata victor habes Ines

CATENA
Seu Torques

Fortunatissima compes. Sautel
Aurea captivas ducet per vincula gentes. Hanutius
Graves solida compage catenæ. Petavius
Torquem Signisq auroq rigentem. Zeilius
Injicit æterni monumentum et pignus honoris Idem
Nectere nunc aureo pstat sermone catenas. Gallutius
Aurataq feres torques dant vincla decore. Verpæus
Nec mors pia vincla resolvit. Malapertius
Series in torque coruscis aspera gemmis. Pulcharelly

CERVUS

Antonius [illegible]

Surgensq in cornua Cervus. Bisselig

Cornigerum tollit in Astra caput. Bidermanus

Sidera cur tauros servatis, cur Astra Leones.

Dignior hic vestro Cervus honore foret Idem

Cervus fugax teretesq plagas et retia rupit. Verpg

Viris opponit cornua pennis. Bentig

CLAVÆ

Testatq clava stetisse Alcide. Joning

Invictæ robore clavæ. Idem

CLYPEUS

Clypeosq truces attollit in altus pugnatura falanx. Barl.

Clypeisq refulget relligio. Idem

Scutaq perpetuas umbone tegentia terras. Guinisi

Tibi clypeus cassis et ensis erat. Sautel

Cassoq ictus umbone repellit. Joning

Mira operis facies; clypeiq ingentis imago. Idem

Applausere omnes clypeo. Balde

Magnis Clypeatus mentibus ajax. Idem

COLUMNA

COLUMNA

Magnanima surgens statione columna. Bisselig

Tecta Ducum æterno felices Numine sedes. Barleg.

Non habet hoc fulcro stante ruina locus. Bidermanus

Æternæ molis et artis opus. Idem

Et sua contritus fata colossus habet. Idem

Stat forma columnæ longinquas infesta vocans spectacula gentes. Hanutig

Aula patet varijs alte suffosa columnis. Idem

Ingentes ex ære auroq columnas. Idem

Tantæ molis erat una Columna. Idem

Miracula clara Columnæ. Gallutig

Tuo felix corde Columna fuit. Ines

CORe

Bello ardentia corda. Donatg

Sanctiq ardentia cordis vota. Idem

Pleno Deo sensuq virili corda tument. Hanutig

Fixum sub corde reliquit amorem. Idem

Magni Sacraria cordis. Petavius
Laudabilisq corda solicitat calor. Avancin
Iam fortia corda virorum. Bentiv

CORNUA

Iunctis tum cornibq orbem implet. Hanutiq
Largiflue semper diffundit munera cornu. Gallutiq
Cornu gerit ille beatum. Idem
Ora beat beat pleno facundia cornu Idem
Sonantq Sylvæ à Cornibus. Avancin
Durumq terunt in verbera cornu. Sonin

CORONA

Hæc spectare licet ...mi diademata Regni. Donatq
Gemmisq graves, auroq coronas. Hanutiq
Læto de vere coronam colligit. Idem
Accipe fulgentem gemmis auroq coronam. Sonin
Iam Cœlo diadema nitet. Idem

CORVUS

Candidior cygno qui tibi corvus erat. Bidermann

Pennigeræ

92

Pennigeræ pars non temnenda Cohortis. Sautel
Et corvinorũ te genus esse probat. Ines
Nunc melius corve disertus eris. Idem

CRISTA

Terribiles augusto in vertice cristæ. Barleus
Madidas hostili Sanguine cristas devovet. Idem
De casside pendens erexit se crista Regis. Idem
Illis sidereæ flagrabant vertice cristæ. Donatq
Plenæ generoso Sanguine cristæ Hanutiq
Crescet livor cristataq gloria. Balde

CRUX

Crux ara salutis. Labbe
Rutilisq accincta pyropis crux rubet è Sūmo Donatq
Crux invicta premet quæcunq adversa parant. Idem
Iuq ardua vindex crux aderis scelerũ. Idem
Sceptro crux alta coruscat. Idem
Purpureæ vexilla crucis. Idem
Crucis insigne edomitas super extulit umbras. Bentiv



Dama

Augustum tollens ad Sydera signum æthereæ crucis. Idem
